

# Pier delle Vigne

## Satira sui mali del corpo ecclesiastico

**edizione di riferimento:** M. Édélestand du Méril, Poésies populaires latines du moyen âge, Parigi 1847; ristampa anastatica della Forni editore, Bologna 1969.

Ms. della Bibliothèque Royale, fonds de Notre Dame, n° 202 fol 157 verso

---

Vehementi numium commotus dolore, sermonem aggredior furibundi more et quosdam redarguam in meo furore, nullum mordens odio vel palpans amore.	4
In praelatis igitur primo docens figo, quorum vita subditis mortis est origo et malorum omnium corrodit rubigo per quam grex inficitur, dum serpit serpigo.	8
Est abominabilis praelatorum vita, quibus est cor felleum ling(u)aque mellita; dulce canit fistula eorum, et vita (l. ita?) propinant, (h)ypomenis miscent aconita.	12
Fluxum in consiliis agunt et non fructum; vident prunnonium Christi jam destructum, et plorat Ecclesia nec dimittit luctum, frequentans suspirium ab imo deductum.	16
Vita sine (Vitae suae?) moribus si quis est insignis caret beneficio quod praestant indignis cognatis, et filiis, suisque provignis, in quibus luxuriae praeterardet ignis.	16
Fur ut gregem rapiat et perdat et mactet, et praelatus praeparat, non ut eum lactet,	

- sed ut pravis usibus lac et lanam tractet,  
cum spem non in Domino sed in nu(m)mis jactet. 20
- Praelato pecuniae ostendens (l. ostende ?) acervum,  
si vis eum humilem, tibi non protervum ;  
dum sectant cum Symone Elisaei servum,  
relaxant justitiae vel dirumpunt nervum. 24
- Non splendet humilitas collis praelatorum,  
sed superbe satagunt, non tamen minorum  
sibi flecti janua (l. genua), sed superiorum,  
cum Deus humiliet (l. humiliat?) colla superborum. 28
- Praefecit Ecclesiae Christus piscatorem,  
ut haberet humilem per saecula pastorem;  
nunc vero non eligunt Petro successorem,  
Constantino similem sed quaerunt rectorem. 32
- Bella miscent, peritus et seductiones (l. seditiones?)  
intra plebem, milites, reges et barones ;  
unde fiunt hodie tot occasiones  
quod fere se perimunt omnes nationes. 36
- Regnum regnum destruunt (l. destruit) et gens perdit gentem;  
dives mactat pauperem et pauper potentem;  
pater tradit filium et ipse parentem,  
nec fratrem invenies fratrem diligentem. 40
- Partes mundi quatuor nunc guerra lacescit ;  
nec mare, nec flumina, nec terra quiescit ;  
omnis homo fulminat et arma capescit,  
et pestis discordia(e?) tota die crescit. 44
- Notus (Totus ?) est in caedibus orbis involutus,  
et hinc inde gladius versatur acutus;  
est vasallus domini cruore pollutus,  
nec hospes ab hospite potest esse tutus. 48
- A praelatis omnia haec ortum traxerunt;  
sed ipsos pericula non praetermiserunt  
nam navali praelio quidam perierunt  
et quidam in carcere obrusi fuerunt. 52
- Credo quod Gregorius qui dictus est nonus,  
fuit apostolicus vir, sanctus et bonus;  
sed per mundi climata strepit ejus Bonus,  
quod ad guerras fuerat semper nimis pronus. 56

- Hic de suis finibus coegit exire  
antiquam concordiam et fecit abire ;  
ultra (l. intra?) mundi limites nec potest quis scire  
ubi nunc permaneat, vel saltem audire. 60
- Vir sanctus sic fecerat; nam praedicatores,  
quos deberem dicere praevaricatores,  
secum semper habuit et Fratres minores,  
qui suum perverterant sensum atque mores. 64
- Si Papa non crederet istos detractores,  
amicos discordiae et seminatores,  
Imperator hodie inter amatores  
fuisset Ecclesiae atque defensores. 68
- Isti si pontificum non sint electores,  
statim eligentium sunt reprehensores  
et electos reprobant, quamvis sanctiores  
ipsis sint, et literis eminentiores. 72
- Advocati, medici et procuratores,  
tutores et iudices sunt et curatores,  
voluntatis ultimae sunt ordinatores,  
fidem commissarii et executores. 76
- Cunctorum contractuum sunt mediatores,  
defensores criminum et palliatores;  
si dentur enxennia, sunt adultores;  
si cessant servitia sunt attentatores. 80
- Ergo mi[m]mi merito vel joculariores  
dici possunt, saeculi vel baratatores;  
aliorum ordinum fiunt contemptores,  
nam se credunt alias excellentiores. 84
- Per fora, per nundinas atque per plateas  
discurrunt; per cameras nec vitant c(h)oreas;  
et si fiunt nuptiae, mox vadunt ad eas  
quod non credo doceat Baruch vel Michaeas. 88
- Cumque per provincias sunt inquisitores,  
malos beatificant, damnant meliores,  
et qui cibos praeparant eis latiores,  
nunc inter caeteros (sunt) laude digniores. 92

- . . . . .  
ne solum ecclesias gravant, haec dicendo,  
sed parochialia jura minuendo;  
propter quod sunt clerici fatti non solvendo. 96
- Ista privilegia sunt eis indulta  
a papa Gregorio, quibus est suffulta  
eorum praesumptio superba et stulta,  
et parochialia jura sunt sepulta. 100
- Miratur (l. Mutatur?) Ecclesia a statu priore,  
per haec privilegia in deteriore ;  
plorant suo canones carere vigore,  
plorant suo clerici privati honore. 104
- Eis dantur omnia, nec deest revera,  
quod mensura rarius (hoc) capit statera;  
saeculares clerici sunt quidem chimaera;  
sic rependet hospiti suo mus in pera. 108
- Crevit inter ordines Fratrum zizania,  
qua Rachel inficitur, fatigatur Lya;  
propter ipsos deserunt omnes loca pia,  
et dimittunt pauperes jejunos in via. 112
- Cumque poenitentias confessis injungunt,  
quos debe(re)nt pungere adulantes unguunt ;  
quos deberent ungere increpantes pungunt,  
et, cum possunt, aliquid ab eis emungunt. 116
- Sed si poenitentia sit cuique data  
a suo presbytero, quod reddat ablata,  
Fratres poenitentiam laxant et peccata,  
dummodo pecunia sit eis oblata. 120
- Nam sic restitui (l. restituere) faciunt usuras  
et id quod acquiritur per falsar mensuras;  
inde libros faciunt et magnas structuram,  
sed propter hoc animae non sanant scissuras. 124
- Erat nostris partibus vir exercens foenus;  
vir nequam, vir Belial, vir nimis obscoenus,  
monetam falsificans summi regis, plenus  
amni labe, respuens femininum genus. 128
- Hic semper discordias inter Fratres sevit;  
Dei et Lcclesiae jussa semper [e]sprevit;

- furtis, homicidiis et rapinis haesit (l. crevit?);  
et domum illicito thesauro replevit. 132
- Hic mittebat Fratribus, hora matutina,  
ova, pisces, caseos, meliora viva,  
pastillos, [et] artocreas ex ejus rapina  
erat Fratrum fertilis frequenter coquina. 136
- Hinc cum de vicinia quidam accusaret,  
et coram episcopo chartam ventilaret,  
(li)bellumque curiae suum [re]praesentaret,  
et chartae notarius acta compilaret; 140
- Ecce fratres veniunt, capis elevatis,  
parte fere media bracchiis nudatis,  
extractis capuciis, oculis [e]levatis,  
incepterunt dicere vultibus iratis: 144
- Cur est actitatio contra justum mota,  
cujus est a crimine vita munda tota?  
Ejus est confessio nobis bene nota,  
per quem (l. quam) conscientia est a labe lota. 148
- Fratrum testimonio ivit absolutus  
ille tot sceleribus tantisque pollutus,  
qui non tantum pessimam vitam est secutus,  
sed fuit majoribus clipis involutus. 152
- Inde fuit postmodo fatta cantilena:  
Bonum testimonium bona facit coena,  
foecundique calices et dives crumena;  
ista Fratres diligunt et spernunt terrena. 156
- Olim a principio vestitu contenti ,  
. . . . .  
nunc quaestores olivi; vini et frumenti,  
non sunt ad pecuniam congregandam lenti. 160
- Si ordo hujus (moris) non esset egressus,  
mundus tot pericula non esset perpessus;  
antequam prosequerer eorum exessus,  
scio quod millefius (l. millesies?) prius essem fessus. 164
- Sed sicut de vitiis recitavi quaedam,  
ita de virtutibus nunc sermonem edam,  
et ipsos offendere nullomodo credam;  
sed per viam mediam, ut decet, incedam. 168

- Sunt ab eis mortui plures suscitati;  
seci (l. coeci), surdi, debiles, infirmi sanati;  
fugatique daemones, leprosi mundati,  
et aperti carceres, nautae liberati. 172
- Et omnes audivimus aquam factam vinum  
per Johannem scilicet et per Jacobinum,  
quod gustatum fuerat per Architriclinum;  
sic fecisse legimus beatum Martinum. 176
- Loquebatur Dominus eis cum volebant  
et ad eos angeli boni descendebant,  
et mali similiter eis apparebant,  
qui suis per omnia mandatis fovebant (l. favebant). 180
- His nunquam Apostoli fecerunt majora,  
sed nec his similia; nam, quacunque hora  
invitabunt (l. invitarunt) Dominum Fratres, sine mora,  
fiebant miracula laude digniora. 184
- Visiones aliquas per raptum viderunt,  
sed non licet homini loqui qui (l. quae) fuerunt;  
de futuris etiam plura praedigerunt,  
quae sicut praedigerant ita contigerunt. 188
- Signa quidem plurima sunt ab eis facta  
qui (l. et) fuissent omnia haec scripto redacta,  
sed cum vellent scribere penna fuit fracta  
et bissexti numerus crevit in opaca. 192
- Vos precor hoc credere qui signa vidistis,  
nam et ego crederem, sed sum valde tristis ;  
haec namque miracula quae nunc audivistis,  
versa sunt in nihilum in (l. saepe?) rebus istis. 196
- Partem quoque maximam subtragerunt fures,  
deinde residuum comederunt mures;  
et (l. at?) si scire forsitan veritatem cures,  
testes tibi dabimus qui viderunt plures. 200
- Qui non habent biblias sibi praeparatas,  
sic fantur episcopis: Multum diffamatas  
habetis dioceses et coinquinatas;  
nobis constat haereses ibi seminatas. 204

- Non utuntur clerici nostri vestimentis  
sed tenent focarias, quod clamor est gentis  
. . . . .  
quod exgradientibus pacet argumentis. 208
- Aut haec inquisitio nobis co(m)mittetur,  
aut in nos infamia tota convertetur.  
Annuunt episcopi: nam quisque veretur,  
ni favere[n]t Fratribus, quod actitaretur. 212
- Inquirentes igitur primo clericorum  
de vita et moribus, post haec laicorum;  
scribunt Fratres divitum peracta reorum,  
et non curant scribere culpas egenorum. 216
- Dehinc reum convocant et, turba rejecta,  
dicunt: ista crimina sunt tibi objecta;  
pone libras quindecim in nostra colletta,  
et tua flagitia non erunt detecta. 220
- Deus (l. Reus) dat denarios, Fratres scriptum reddunt (l. radunt)  
sit (l. sic) infames plurimi per num(m)os evadunt:  
qui non (l. totam?) pecuniam quam petunt, non tradunt,  
simul (in) infamiam et in poenam cadunt. 224
- Post haec ad episcopos, bursis sic repletis,  
revertentes inquit: Gaudere debetis;  
nam plebem catholicam et bonam habetis;  
credunt evangeli(i)s et sanctis prophetis. 228
- Adulantes vitiis, fiunt canea muti,  
dum timent pericola immaniter tuti,  
vel ubi sunt aliquod munus assetuti;  
his [d]exceptis, nec vitio (l. malo?) parcunt nec virtuti. 232
- Et hoc est quod dixerat Verbum veritatis  
Occisores corporum non pertimeatis.  
Sic Fratres avidius non timent (sic) armatis,  
qui ipsos dilapidant magia caseatis. 236
- Sic se gerunt maxime in illis contratis  
qui carent haereticae (labe?) pravitatis;  
sed partes Itali[c]ae non inquirunt satis,  
ubi vulpes latitant caudis intricatis. 240
- His triti verberibus et afflicti poenis,  
qua(e?) ferunt in prandiis Fratres et in coenis;

- ut (per)saeva verbera pellant ab egenis  
praedicatum nequeunt ire Sarracenis. 244
- Dum parcut Italiae aut timet (l. timentes?) de morte,  
aut in terris aliis pinguiore forte,  
caseatas comedunt et, post vinum forte,  
disputant de Pontio, Placone (l. Platone?) vel sorte. 248
- Inquirunt ut populis inducant tremorem  
magia quam ut haeresis appellant (l. expellant?) errorem  
quia multi tribuunt eis per timorem,  
qui nil darent penitus ipsis ob amorem. 252
- Dei et Ecclesiae simulantes zelum,  
non verentur ponere os suum in coelum;  
et secum ypocresis (l. hypocresis) deportantes velim (l. velum),  
excolantes calicem glutiunt camelum. 256
- Ingerunt consiliis se, non invitati;  
quidquid agant laici, quidquid literati  
et majores clerici seu magni praelati,  
spernunt et vituperant nisi sint votati. 260
- Hi portantes gladium more furibundi,  
per jura quae nesciunt et summam rei pro mundi,  
credunt se confundere nec posse confundi,  
omnes quamvis fuerint in jure profundi. 264
- Hac(ce?) de provincia dictus rex notavit,  
ubi de contractibus et chartis tractavit,  
dum aperte minima totum nominavit  
et nomen tuum, (o Lex), simul usurpavit. 268
- Per ipsam causidici sunt Fratres effecti,  
ipsam(que?) habent secum mensae, viae, le(c)ti,  
ut videri valeant in jure proveci,  
nec curant de bibliis quas solent amplecti. 272
- Enervant e(t) destruunt (l. destruunt) juris aequitatem,  
nec sequuntur canonum meram veritatem;  
plenam esse clavibus negant potestatem  
quod quidem haereticam sapit pravitatem. 276
- De occultis judicatur (l. judicant) ut de manifestis,  
et quam (l. quem?) nec confessio convincit nec testis,  
sed ut (l. sicut?) evidentia de peccatis gestis,  
damnant decretalibus, scriptis et digestis. 280

Quos volunt absolvere absolvunt vel ligant,  
quos volunt alleviant, quos volunt fatigant;  
si qui eos forsitan secreto castigant,  
tempus quaerunt, talibus ut poenam infligant. 284

Omnis homo gaudeat! Tot papas videmus!  
Non ergo de Curia romana curemus;  
nam cuncta cum Fratribus haec expediemus  
dummodo pecuniam quam petunt portemus. 288

Hos praelati pessimi qui fama laborant  
. . . . .  
quorum multa crimina famam decolorant,  
ne ipsos redarguant, pascunt et honorant. 292

Utque per episcopos Fratres venerantur,  
sic per ipsos crimine sua palliantur;  
dum sese funicolo tali foederantur,  
bis crescit praesumptio, illi depravantur. 296

Nam si de tris quispiam esset accusatus,  
Fratres clamant: sanctior non vivit praelatus.  
Quamvis symoniacus notus et probatus,  
sic praelatus remanet et secum reatus. 300

Et cum more solito faciunt sermonem,  
videntur in cathedra dare lectionem;  
hoc ad suam faciunt [h]ostentationem,  
sed non audientium ad instructionem. 304

Horum non invenies quemquam verbis partum (l. parcum),  
et pudet inducere Mathaeum et Marc[h]um  
sed per Aristotilem et per Aristarchum  
. . . . . 308

Quum deberent populum ad bonum (h)ortari,  
quaerunt cum (l. cur?) oportuit sp(h)eram rotundari,  
et quaerunt de circolo, si posset quadrari;  
sol quot debet gradibus in signo morari. 312

Irigono (l. Trigonos ?) quadrangulis si quis alte(ra)ri,  
onde possunt (l. possint?) grandiens (l. grandius) aestate arari;  
de his et similibus non debe(re)nt dari,  
cum non possit populus bis aedificari. 316

Ecce palam praedicant quod non est peccatum,  
retinere decimas, quod est reprobatum  
per romanam Curiam et legis mandatum,  
Augustino etiam decreto firmatum. 320

Verum de concordia quae jam exulavit,  
quidam fidedignorum (l. fidei dignus?) sic mihi narravit,  
qui Cisterciensium ordinem intravit,  
ipsorumque manibus se recom(m)endavit . 324

Fratres eam diligunt et habent honori  
nec ipsam dimitterent si deberent mori,  
sed preces quotidie fundunt Creatori  
quod ipsos confoederet ipsius amori. 328

Monuerunt attamen ipsam ut rediret  
ad romanam Curiam et cum eis iret;  
quae respondit flebilis quod nunquam veniret,  
quamdiu in Curia doctos Fratres sciret. 332

Hi Fratres discordiam, pacis inimicam,  
ei[s]que contrariam et hostem antiquam  
fovent, et concordiam fugant ut iniquam,  
dum latenter liliis immiscent urticam. 336

Deo et hominibus et mari et ventis,  
toti mundo conqueror, necnon elementis,  
de perditis Fratribus qui suis figmentis  
me tollunt de medio universae gentis. 340

Sedari non poterit strepitus bellorum,  
(dum?) ordo incassabit (incessabit?) Fratrum perditorum  
nam dixit veredicus sermo seniorum:  
Pacem terris abstulit adventus eorum. 344

Per hos Fratres omnium quies perturbatur,  
unionis vinculum per ipsos vastatur;  
libertas studentium sic eliminatur,  
quod per privilegia nullus jam curatur. 348

Radius concordiae per hoc (l. hos?) eclipsatur,  
et pacis stabilitas ruinam minatur,  
omnisque securitas procul effugatur,  
et vix quies modicu(s) aliquibus datur. 352

Sed si Papam Dominus nobis talem daret,  
eorum consilium qui non approbaret,

- et qui supercilium eorum calcaret,  
quin irem ad curiam nihil me tardaret. 356
- Qui postquam silentium Fratribus imponet,  
credo quod hanc gratiam Deus mihi donet,  
quod rancorem pristinum uterque deponet,  
atque meis precibus quilibet componet. 360
- Imperator scilicet et Papa facturus;  
recedet discordia et pax erit murus;  
omnis homo poterit dormire securus,  
a nullo calumniam vel damnum passurus. 364
- Nam cum in capitibus pax erit firmata,  
in membris per consequens erit reformata;  
mons, vallis, planicies quiescent et strata,  
domus, habitaculum et omnia contrata. 368
- Imperator et eis semper fuit talis  
quod ejus justitia non pepercit malis,  
quamvis esset etiam suus comme(n)salis  
vel amicus qualibet magia specialis. 372
- Cui det longo tempore Christus imperare,  
si vos et Ecclesiae hostes superare  
et scit cum Imperio sese gubernare  
ut eum (l. id cum?) Ecclesia possit commendare. 376
- Ille qui, dum Lazarum suscitaret, flevit;  
qui pro nobis triduo sepulcro quievit;  
. . . . .  
Papam nobis suscitet sicut consuevit! 380
- Et Fratrum consilio diu exu[lt]atam  
revocet concordiam a nobis optatam;  
ipsorum a curia turbam effrenatam  
pellat, ut custodiat pacem illibatam! 384
- Eq(u)us minus (l. nimis?) debilis et fessus an(h)elat,  
campum non deficere si virtus revelat,  
nec suarum virium parvitatem celat,  
timensque deficere cursum non protelat. 388